Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dissoluitas. et genua debilia roborate. Dicite pusillanimis. Confortamini. et nolite timere. Ecce ds nr ultionem adducet retributionis. ipse ds ueniet. et saluabit nos. Tunc aperient oculi cecorum. et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cerius claudus. et aperta erit lingua mutorum. quia lassi sunt in deserto aque. et torrentes in solitudine. et que erat arida in stagnum. et siccens in fontes aquarum. Dicit dominus omnipotens.

ysaye pphe

Hec dicit dns. Sup montem excelsum ascende tu qui euangelizas syon. exalta in fortitudine uocem tuam. qui euangelizas ierusalem. Exaltate noli timere. Dic ciuitatibus iuda. Ecce ds nr. Ecce dns ds in fortitudine ueniet. et brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo. et opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet. in brachio suo congregabit agnos. et in sinu suo leuabit eos dns ds.

ysaye. pphe

Hec dicit dns. Xpo meo cyro cui apprehendi dexteram ut subiciam ante faciem eius gentes. et dorsum regum uertam. et aperiam coram eo ianuas. et porte non claudentur. Ego ante te ibo. et glorios tue humiliabo. Portas ereas conteram. et uectes ferreos confringam. et dabo tibi thesauros absconditos. et archana secretorum. ut scias quia ego dns. qui uoco nomen tuum ds israel. propter seruum meum iacob. et israel electum meum. Et uocauit te nomine tuo. assimilabo te. et non cognouisti me. Ego dns. et non est amplius. Extra me non est ds. Accinxi te. et non cognouisti me. ut sciant hi qui ab ortu solis. et qui ab occidente quia absque me non est ds. Ego dns. et non est alius. formans lucem. et creans tenebras. faciens pacem. et creans malum. Ego dns. faciens omnia hec. Rorate celi desuper. et nubes pluant iustum. aperiatur terra. et germinet saluatorem. et iustitia oriatur simul. Ego dns creauit eum.

Aspectus dni. ad thessalonicenses.

Rs. Rogamus uos per aduentum dni nri ihu xpi. et nre congregationis in ipsum. ut non cito moueamini a uro sensu. neque terreamini. neque per spm. neque per sermonem. neque per